



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 38. Tres Cardinales a Benedicto XIII. Papa creati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

alieno, reliqua portio inter suos do- Sæc. XVIII.  
 mesticos distribueretur. Corpus ejus A. C. 1729.  
 in Ecclesia S. Mariæ super Minervam  
 consueta pompa tumultatum quiescit:  
 Præter alia scripsit vastum opus, in  
 quo demonstrabat, Constitutionem *Uni-*  
*genitus* nequaquam SS. Augustini &  
 Thomæ doctrinis adversari.

## §. XXXVIII.

*Tres Cardinales a Benedicto XIII.*  
*Papa creati.*

Horum jacturam compensaturus Bene-  
 dictus Pontifex, hoc anno die vi-  
 gesima tertia Martii habito secreto, ut  
 vocant, *Consistorio* unum ex suis Do-  
 mesticis Præsulibus Romana honoravit  
 Purpura; scilicet, Camillum Cybo ex  
 Principibus Massæ & Carrariæ Patriar-  
 cham Constantinopolitanum, S. Palatii  
 Præfectum, cui adjecit titulum S. Ste-  
 phani in Monte Cælio. Præter hunc  
 ab eodem Pontifice in Cardinales die  
 sexta Junii inaugurati sunt. I. Fran-  
 ciscus Burghesius patria Romanus,  
 Archiepiscopus Trajanopolitanus, Sacri  
 Palatii Apostolici Præfectus, Cardina-  
 lis Presbyter tit. S. Silvestri in Capite.  
 II. Carolus Vincentius Ferreri, Ni-  
 censis, Ordinis FF. Prædicatorum,  
 K 2 Epi

Sæc. XVIII. Episcopus Alexandrinus, Cardinalis  
 A. C. 1729. Presbyter tit. S. Mariæ in Via.

## §. XXXIX.

*Summi Pontificis Constitutiones &  
 decreta.*

Plura eaque saluberrima decreta hoc  
 item anno Pontifex condidit, at-  
 que inter alia Constitutionem evulga-  
 vit, qua Clericorum & Sacerdotum  
 crimina singulari quidem vigilantia,  
 legumque severitate insectatus est, ha-  
 bita tamen ratione venerationis erga  
 Sacerdotalem prærogativam, indecens  
 fore censuit, si Presbyteri unacum  
 Laicis ad triremes damnarentur, et  
 propter ergastulum, quod *Centum-cl-*  
*lense* vocant, prope Cornetum instau-  
 rari, eoque Sacerdotes asportari iussit,  
 ut pro delictis impositas ibidem pœnas  
 luerent. Ut vero sese erga bene me-  
 ritos æquum exhiberet remuneratorem,  
 die decima sexta Februarii Sacro Ci-  
 sterciensium Ordini privilegia a Præde-  
 cessoribus concessa confirmavit, simul-  
 que varias gratias nonnullis familiari-  
 bus suis concessit. Cum autem tot  
 Conventus Ord. FF. Mendicantium præ-  
 cipue Ord. S. Francisci in Hispaniis jam  
 fuissent erecti, ut si alii de novo con-  
 derentur, hi Religiosi Christifidelibus  
 præ